

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

Autor: Merian, Maria Sibylla

Verlag: Oosterwyk

Ort: Amstelædami

Jahr: 1717

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN476830389

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0128

LOG Titel: XXI. Rubeus

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

enutrivì in decimum octavum usque diem Augusti, ubi duræ admodum texturæ sibi paratæ in decimum quintum usque subsequenti anni mensis Aprilis diem immanebant, unde tandem stipiti insidenti, similes muscæ productæ fuerunt.

XVIII. *Armeniacum pomum.*

Elegantes hujusmodi erucas quàmplurimas super hocce fructu, cujus foliis tanquam pabulo vescebantur in vigesimam octavam usque diem Septembris anni 1691. Amstelodami deprehendi, ubi semetipsas intexentes in aurelias immutabantur; in harum unâ vermis in nigram muscam postea conversus crevit, subsequenti anni mense Aprili cæteris ex aureliis hujusmodi cineræ phalænæ prodierunt.

XIX. *Parthenium*

HÆc eruca fusca in decimam usque Julii diem hac herbâ vescebatur, ac tandem in aureliam mutata quatuordecim dierum spatio fusca hujusmodi phalænula facta est.

XX. *Iris Hortensis Latifolia.*

Albicantis hujus erucæ generis unica solummodò mihi fuit, quæ iride cæruleâ suo tanquam pabulo vescebatur, quâ carens ejusdem semine sese nutriit, tandem ex obscuro valde subcærulea facta decimo septimo, anni 1689. die Julii deposuit exuvias aureliæ filo alligatas; quintâ Septembris inde lucida tandem aliquando phalæna prodit.

Viridem folio irrepentem erucam radicibus ireos adjacentem in terrâ reperi; trigesima primâ die Martii anni 1698. mutata fuit in aureliam, unde subsequente mense Junio cinerea hujusmodi phalæna producta fuit.

XXI. *Rubeus.*

Superius obrepentem erucam hisce foliis enutrivì, quæ convolverat, quibusque immorabatur, exinde nunquam, nisi

captura cibum, exiens; ultimatim fusca fiebat; vigesimâ primâ Maii inter hæcce folia sese intexens ibidem in aureliam immutabatur, unde tandem lignei coloris papiliunculus exiit.

Infimam subviridem fuscâ erucam hisce foliis pariter enutriveri svalbaci in mensem usque Junium anni 1683; tacta viridem quendam liquorem excernebat, in rotundum convoluta diu ita jacebat; naturæ fuit admodum silentiosæ, ita ut horis integris jacuerit immota; decimâ quarta commutabatur in aureliam, secundâque Julii formosa simili ferè cum erucâ floribus insidente, colore tincta phalænula prodiit.

XXII. *Tithymalus.*

HUjusmodi erucæ adhuc parvæ, flavæ sunt atque nigræ, majores autem factæ rubescunt; tactæ capite, haud secus ac irritatæ, huc illuc feriunt; hujus generis quàm plurimas habui Francofurti, sed omni tempore mihi destruebantur, ac inde non nisi muscæ prodierunt; hanc herbam avidè depascebantur. Anno 1684. decimâ octavâ die Junii duæ rursus in aurelias immutabantur, ac tandem die nonâ Julii formosam hanc phalænulam inde retuli, alterâ eâdem adhuc die ovum viride pariente.

XXIII. *Periclymenas.*

Elegantium harum viridum erucarum Francofurti quàm plurimas in periclymeno, quo enutriebantur, inveni; decimâ tertiâ earum una mutabatur in aureliam, quintâque Junii subsequenti anni elegans hujusmodi phalæna inde producta fuit. Cæteræ, quas habueram, deponentes exuvias propemodum omnes emoriebantur, aut hujusmodi muscæ tandem educebantur; Amstelodami periclymeno illas enutriveri.

XXIV. *Cotonæ flos.*

ANno 1683; primâ die Maii Francofurti ad moenum supra mala cydonia hanc erucam inveni, quorum foliis etiam eam enutriveri, inquieta erat admodum, huc illuc continuo
cur-